Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8204
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Maior quidem plurium cura, maior etiam sumtus
Tibi uero si diuitiarum animus cupidus est in tuis mentib:
Sic fac, opusque super opus operare

LIBRI SECUNDI VERSIO LATINA

Pleiadibus Athlantidibus heliacè orientibus
Incipe messem, arationem Vero Cosmicè occidentibus
Quae sane noctesque diesque quadraginta
Occultatae fuerunt. Rursus uero toto anno
Apparent, quando primum acuit ferrum.
Haec tibi camporum lex est quique mare
Propè habitant, quique ualles concauas
A mari procelloso, delongè pinguem regionem
Habitant. Nudus sere, nudus uerò ara
Nudus uero mete, siquidem tempestiua omnia uelis
Opera accipere Cereris, ut tibi quaelibet
Oportuna crescant, ne quando interim indigens
Mendices ad alienas domos, et nihil perficias.
Sic nunc et ad me uenisti, ego Vero tibi nihil addam
Neque admetiar, labora stulte Persa
Opera, quae hominibus dij significando imposuerunt
Ne quando cum liberis et uxore animo dolens
Quaeras uictum apud uicinos, illi uero negligant te.
Bis quidem et ter fortasse consequaris, si uerò amplius molestes,
Negocium quidem non conficies, tu Verò uana multa dices
Inutilis uero erit Verborum lex, sed te iubeo

15